



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput III. Ratio augendi distributiones quotidianas præscribitur:
consuetudo, qua non residentes nihil, vel minus tertia parte fructuum
percipiunt, laudatur: absentium contumacia punitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

CAPUT III.

Sæcul XVI.

A. C. 1562.

Ratio augendi distributiones quotidianas præscribitur: consuetudo, qua non residentes nihil, vel minus tertia parte fructuum percipiunt, laudatur: absentium contumacia punitur.

„Cum beneficia ad divinum cultum,
 „atque ecclesiastica munia obeun-
 „da sint constituta, ne qua in parte mi-
 „nuatur divinus cultus, sed ei debitum
 „omnibus in rebus obsequium præste-
 „tur, statuit Sancta Synodus, in eccle-
 „siis tam cathedralibus, quam collegia-
 „tis, in quibus nullæ sunt distributio-
 „nes quotidianæ, vel ita tenues, ut ve-
 „risimiliter negligantur, tertiam partem
 „fructuum, & quorumcunque proven-
 „tuum, & obventionum, tam dignita-
 „tum, quam Canonicatum, persona-
 „tum, portionum & officiorum sepa-
 „rari debere, & in distributiones quo-
 „tidianas converti, quæ inter dignita-
 „tes obtinentes, & ceteros divinis in-
 „teressentes proportionabiliter, juxta
 „divisionem ab Episcopo, etiam tan-
 „quam Apostolicæ Sedis delegato, in
 „ipsa prima fructuum deductione fa-
 „cienda dividantur, salvis tamen con-
 „suetudinibus earum ecclesiarum, in
 „quibus non residentes, seu non servien-
 „tes, nihil, vel minus tertia parte per-
 „cipiunt,

Sæcul. XVI.

A.C. 1562.

„cipiunt, non obstantibus exemptionibus,
 „bus, ac aliis consuetudinibus, etiam
 „immemorabilibus, & appellationibus
 „quibuscunque, crescenteque non ser-
 „vientium contumacia, liceat contra
 „eos procedere juxta juris, ac sacrorum
 „Canonum dispositionem.

CAPUT IV.

*Sacramenta per convenientem Sacerdotum
 numerum exhibeantur: Ratio no-
 vas Parochias erigendi
 traditur.*

„Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ
 „Sedis delegati, in omnibus Eccle-
 „siis parochialibus, vel baptismalibus, in
 „quibus populus ita numerosus sit, ut
 „unus Rector non possit sufficere eccle-
 „siasticis Sacramentis ministrandis, &
 „cultui divino peragendo, cogant Re-
 „ctores, vel alios, ad quos pertinet, sibi
 „tot Sacerdotes ad hoc munus adjun-
 „gere, quot sufficiant ad Sacramenta
 „exhibenda, & cultum divinum cele-
 „brandum: in iis vero, in quibus ob
 „locorum distantiam, sive difficultatem
 „Parochiani sine magno incommodo ad
 „percipienda Sacramenta, & divina of-
 „ficia audienda accedere non possunt,
 „novas parochias etiam invitis Recto-
 „ribus juxta formam constitutionis A-
 „lexandri tertii, quæ incipit, ad au-
 „dien-